

914

bri constitutione ac colore cognosci optimè posse, asserit; cum & ea sit nitidissima ac splendida. Præsertim verò; si ab exhalationibus istis melancholicis, tetrâ inquinentur, & uti *Senn. l. 1. med. pr. p. 2. c. 6.* in omni delirio fieri affirmat, ἀρρήτω & occulto modo afficiantur; peculiaris quædam actionum harum contingit depravatio, à reliquis propriis suis accidentibus haud difficulter distinguenda. Cum verò ut supra dictum, non per primariam cerebri ac spirituum dispositionem vitiosam hoc delirium accidat; sed à vaporibus, ex hypochondriis sursum elatis, ij inquinentur ac labem contrahant; illud etiam NON est PERPETUUM AC CONTINUUM; sed tam diu durat, quamdiu vapores isti suppeditantur: discussis verò iisdem, celsat, & ad se redeunt ægri. MÆSTITIA verò ac TIMOR, juxta *Hippocr. 6. aph. 23. Holler. l. 1. d. morb. intern. 6. 7. Hercul. Saxon. præl. pr. l. 1. c. 16. Amat. Lusit. cur. med. cent. 4. cur. 54.* aliosq; plurimos, cum hujus affectus plerumq; perpetua Symptomata sint, ac signa πᾶσι γνωμονικὰ certa. Animi verò hi affectus tales sint, qui cor primario afficiunt, ut *Fernel.* ait, non immeritò *Senn. l. 2. Inst. p. 3. s. 2. c. 4. & lib. 1. pr. p. 2. c. 8.* asserit, cor in omni melancholia simul affligi; cujus sententiæ asseclas & *For. l. 10. obs. 12. Hieron. Mercur. d. aff. cap. & part. annex. l. 1. c. 4.* habet.

### APHOR. VIII.

Subjectum remotum, seu sedes materiæ morbificæ ac causæ antecedentis, Hypochondria sunt.

χόλιον.

Hypochondria denominantur ἀπὸ τῶν χονδρῶν, quia cartilaginibus notharum costarum subjacent. *Senn. l. 3. pr. med. p. 5. s. 1. c. 1.* Estq; is locus, totaq; corporis regio, quæ sub nothis costis utrinq; ad ilia extenditur. Ut idem *l. c. Petr. For. p. 10. obs. 13. Andr. Laurent. l. 6. anat. c. 3. Gorra defin. med.* aliique doceant. Neq; solum sita in ijs EPARAC LIEN, nomine illorum veniunt; sed & imprimis quoq; MÆENTERIUM cum suis vasis; itemque PANEREAS ET OMENTUM omnesq; venæ PORTÆ ac COELIACÆ MÆENTERICÆq; arteriæ propaggines, per ea loca disseminatæ. *Senn. Inst. l. 2. part. 3. s. 2. c. 4. pr. med. l. 1. c. 2. l. 3. p. 5. s. 1. c. 2. Adrian. Spigel. d. human. corpor. fabric. t. 6. c. 4.*

Quam